The Digital *Liber exceptionum* Project (https://exceptiones-project.wlu.ca)

Augustinus de genesi ad litterum imperfectus (fol.4va)

1. Species naturasque ipsas. et facit deus et ordinat. priuationes autem specierum. defectusque naturarum non facit. sed ordinat tantum. dixit itaque fiat lux. et facta est lux. non dixit fiant tenebre. et facte sunt tenebre. horum ergo unum fecit. alterum non fecit. utrumque tamen ordinauit. cum diuisit deus lucem et tenebras.

   ita species naturasque ipsas et facit et ordinat; priuationes autem specierum defectusque naturarum non facit sed ordinat tantum. dixit itaque: fiat lux. et facta est lux, non dixit: fiant tenebrae. et factae sunt tenebrae. horum ergo unum fecit, alterum non fecit, utrumque tamen ordinauit, cum diuisit deus inter lucem et tenebras.

   Augustinus Hipponensis, *De Genesi ad litteram inperfectus*, 5 (CSEL 28.1, J. Zycha ed., pp.475-6, ll.26-29, 1-2).

2. Luna omni die perfecta est. sed eius perfectio ab hominibus non uidetur. nisi cum ex contraria parte soli opposita fuerit. Nam etiam cum illo constituta. quoniam sub illo est uidetur finiri. sed etiam tunc plena est. quia ex alia parte illustratur. nec uideri potest ab hiis qui subter sunt. id est terram incolunt.

   omni enim die perfecta est; sed eius perfectio ab hominibus non uidetur, nisi cum ex contraria parte soli obposita fuerit. nam etiam cum illo constituta, quoniam sub illo est, uidetur finiri; sed etiam tunc plena est, quia ex alia parte inlustratur nec uideri potest ab his, qui subter sunt, id est terram incolunt.

   Augustinus Hipponensis, *De Genesi ad litteram inperfectus*, 13 (CSEL 28.1, J. Zycha ed., p.488, ll.16-21).